Iuraverunt, et promiserunt in animas suas, et eorum constituentium, ac vice, et nomine eorum descendentium se perpetualiter esse bonos, veros, legales, et fideles cives, et vicinos Terrę Utini et omnem bonum statum dictę terrę diligere et nemini iuvare, nec facere dicto, vel opere, publice vel occulte machinanti contra statum ipsius terrę, vel aliquid mali attentanti, seu aggravare volenti aliquem ex civibus ipsius terrę in re, vel persona violenter indebite, et de facto.

Item quod significabunt quanto citius fieri poterit pure, et fideliter regimen separatim, seu consilio quicquid quovis tempore sciverint, vel audiverint cedere, vel redundare in dam-

num

nam. vel detrimentum terre Utini.

e contra iuravarunt procuratores communitatis Utini se esse bonos, legales, et fideles conciues supradictorum omnium Nobilium, sequendo formam supradictam in totum mutatis mutandis.

Item Iuravarunt omnes supradicti pro se, et eorum descendentibus inde quandocunque fuerint electi in consiliarios dicte terre se fideliter, et legaliter consilia sua prestaturos et officia exercitaturos ubicunque fuerint electi.

1387. 20. Decembris C. 92.

Deliberatio consilij super propositis per deputatos, quod ad instantiam illmi Dni Comitis uirtutum fiat saluus conductus suis oratoribus, et possint libere transire, et eisdem omnes honores impendere, et alia, que honori eorum conveniant, ut in eorum reditu possint facere bonam relationem dicto Comiti.

ult.° Aprilis. C. 93.

Fideiussorem se constituit coram S. Nicolao q. S. Gabrielis uno ex quinque deputatis S. Tobias de Sibilitis pro sex socijs hodie receptis ad stipendium communis, quibus fuit datu stipendium mensium duorum, ut tempore dictorum duorum mensium serviant circa custodiam Loci Madrisij.

4. Maij. C. 94.

Mandatum SS. quinque deputatos camerario, quatenus dare debeat S. Marchino della Turre, et S. Blano de Lisono oratoribus communitatis Utini ituris ad Rmum Patriarcham pro procurando ipsius adventum in Patriam pro libertate ecclesie Aquileiensis, et Patrie Duc. 200. pro expensis faciendis &.

1388. 5. ottobris ... B. ...

Creatio vicarii generalis in temporalibus.

Te nostrum in temporalibus constituimus Vicarium generalem, et ... facimus, et creamus. Dantes tibi plenam, et liberam facultatem omnes, et singulas questiones tam de iure, quam de consuetudine ad nostrum temporale forum spectantes audiendi, et fine debito terminandi, et specialiter de territorio causas usque ad diffinitivam sententiam cognoscendi. Sententias quoque executioni mandandi, et mandari faciendi, inquirendi, condemnandi, et puniendi, et omnia, et singula ordinandi, disponendi, et faciendi, que ad temporalem Vicariatum, eiusdemque Vicariatus officium quoquomodo pertinere videantur. Super quibus tibi tenore presentium committimus vices nostras.

Volumus itaque, et universis, et singulis subditis nostris presentium tenore districte precipiendo mandamus, quatenus tibi in premissis, et aliis, que nostrum honorem, et statum concernunt, plenarie pareant, et intendant.

Alioquin processus, quos feceris, et sententias quas iure tuleris in rebelles, seu facti, vel late fuerint coram te, ratas, et gratas habebimus, et illas faciemus auctore Deo inviolabiliter observari

1388. 6. ... D. iii

Sententia contra ... super delicto perpetrato per ... de Andreottis, qui fassus est se interfecisse Joannem de Soldoneriis cum una balistra.

Quod mori debeat

Cuccagna, Partistagno
Valvason.

1389. 15. Martii. Q. 31.

Investitura ... Rizzardi de Valvasono Brunetti de Partistagno, et Frederici de Cucanea pleni per fimbriam tunice ... de dictis eorum feudis antiquis, ac iure feudi, quo ipsi, et progenitores eorum illa

habue-

habuerunt à predecessoribus dicti Patrie vz
De castro Cucanee cum burgo, et quicquid habe[illegible]
circa dictum castrum, et cum villa de Fage-
dis, cum domibus, sediminibus, mansis, cā-
pis, pratis, sylvis et piscationibus, et venationibus
et toto, quod habent in canali de gri-
tio iure recto et legalis feudi.
Item de castro de Partistagno dicto iure cum
domibus, sediminibus etc.
Item de Valemontana ipso iure cum bonis, domibus,
sediminibus, campis, venationibus, et
toto, quod spectat et pertinet ad dictum
castrum, etc.
Item de toto, quod habent in Roncbys, et Poiana
in Lauzacco, et Ziraco, et in villa Raclusij in
Faganea, in Pozzallis, in Griglions, in Per-
terian, et in Gaia.

Extracta de manu D. Leonardi Agricole
nor. Utinen. ex quodam processu inter
q. Illeq.[illegible] de Partistagno ex una, et
Pontemaum de Murimano ex alia manu
q. D. Benevenuti Medici nor. Utinen.

1389 . 22 . octobris . [illegible]

Propositio parte D. septem Deputatorum
in consilio de ponendo custodibus in castro
pro custodia terre Utini, et pro notificando si
in aliqua parte ipsius terre Utini ignis ac-
cenderetur.
Deliberatum fuit, quod custodes reperirentur,
et ponerentur in castro pro custodia terre Utini.

1390 . 9 . May . Q . 87.

Deliberatio consilij, ex quo alias terra Utini
ordinasset, quod nullus piscaretur in Gurgi-
tibus attento quod Patriarcha in sui solatiu
piscari facere intendebat, itaq. usque in ptem
diem nemo piscatus fuit, et in damnum com-
munitatis hoc vertitur, et derogat ipsius li-
bertati, quoniam gurgites communitatis sunt.
Quod habita consideratione, q. Gurgites sunt
commun.tis et non alterius persone, et quod
tales piscationes sunt utiles dicte communitati
unusquisq. possit piscari, prout antea faciebat
et à longissimis temporibus citra consuetum
est.

3. Iulij. M. 99

Sententia consilij contra Antonium q. Missij, qui renuntiauerat uicinantie terre Utini, quod perpetuo sit priuatus vicinantia, sic quod nullo tempore reacceptari possit ad dictam vicinantiam et statutum fuit, quod nullus de cetero refutans vicinantiam debeat aliquo tempore reassumi ad dictam vicinantiam et quod quilibet [illegible] quam dictum Antonius, uel alius, qui refutauerit vicinantiam, [illegible], incurrat penam duc. 200.

1391. 17. Februarij. A. 84 t.

Mandatum [illegible] Vicarij Patriarchalis per Cancellarium [illegible] communitatis Utini ad instantiam D. Presbiteri Ioannis Gonuin, Thomado de Chiargnaco, quod ipse satisfacere et emendare debeat ad alteresmon, et soluere bannum curie, ac cum eodem esse in concordio de damnis, exforcio, et uiolentia per ipsum Thomadum, uel alios nomine suo et de suo mandato factis, et illatis de facto, secari faciendo quoddam pratum, et [illegible] camporum duorum. aliter compareat in ciuitate Austrie ad excusandum, et respondendum de iure.

1391. 5. Iunij. M. 87. seu 121

Sententia consilij, viva quod Militiacobus detentus in carceribus propter iniqua uerba per ipsum prolata contra uxorem filij magri. Bartolomei integri relaxetur. Ita tamen, quod expresse dicat se non uerum dixisse, et mentitum esse, et quod Dnam nunquam nisi bonam, et honestam cognouit.

Et quod remaneat bannitus a terra Utini per tres menses, et quod propinquare non debeat dicte terre ad tria miliaria.

Castella -

Castellanorum uicinię in Vtino

1392. Q. 38.

D. Soimus de castello pro se, et omnibus suis consortibus de domo sua.

D. Simon de Colloreto pro se, et eius descendentibus ut supra fol. 29. t°.

1392. 21. Februarij. C. 7.

Concordium, et compositio facta per Ser. Ducem D. Antonium Venerium super querelis, et difficultatibus uertentibus inter R. Patriarcham Aquileiensem D. Ioannem, et Sapientes uiros homines, et Communitatem suam terrę Vtini. Auditis dictarum partium ambasiatoribus, et uisis, ac examinatis petitionibus, questionibus, rancoribus, et querelis, nec non iuribus, et replicationibus subtiliter hinc inde factis, et uisis procuratorijs interuenientium pro utraque parte amplissimis.

P°. quod compositiones, et concordia alias facta, et firmata inter ipsum R.m Patriarcham et inter alia capitula, quę in ipso uero, et integro originali continetur, tale capitulum continetur his uerbis expressum. Item fuit actum, et conuentum inter dictas partes nominibus quibus supra, pro eo quod per oratores D. Patriarchę dicebatur, quod Vtinenses fecerant certas constitutiones, seu statuta absente D. Patriarcha de Patria, quę uertebantur in preiudicium suum, et Aquileien. ecclesię.

Quod statuta, et consuetudines predictę per dictos Vtinenses factę, cum ipsi fecerint, ut credendum est pro bono, et conseruatione Terrę Vtini, sint ualidę, et in sua permaneant firmitate. Et in occurrentibus per tempora possint facere constitutiones, et statuta seruatis antiquis moribus et consuetudinibus terrę Vtini, et aliter non.

20. Iulij Q. 38. t°.

Vicinantia q. Melchiorij de Prampergo pro se, et suis descendentibus

q. Andreę q. q. Nic.i de Prampergo pro se, et suis.

q. Iacobi Iusti q. D. Simonis de Prampergo pro se et suis

Qui omnes iurarunt in forma

29. dicti ibid. Vicinantia q. Ioannis de Zuc

1392. penult.° Septembris Q. 104.

Deliberatio datii salis pro uno anno integro incohato in festo S.ti Michaelis prox. futur. per Garbin preconem communis Utini D. Franc.° de Percoto tanquam plus offerenti pro Marchis 142. solvendis per ipsum emptorem tribus terminis incantanti ad instantiam dicte commun.tis

1393. 29. Aprilis. M. 101.

Deliberatio in convocatione super propositis per Dnos Deputatos qualiter D. Doimus, et D. Bernardus de Strassoldo rogabant ipsos Rectores, ut concederent gratiam Dno Michaeli de Arebatto, quod possit dirigere unam domum ubi erat castrum paganum offerendo se iurare, et intrare vicinantiam terre Utini, et in ipsa terra tenere unam domum, in qua continuo frater suus habitabit, petendo et declarari id, quod sit honori, et statu dicte terre Utini.

Q. D. Michael acceptari debeat in vicinum, et vicinantia predicte terre, et quod postquam dictam vicinantiam intraverit dictus Michael, fiet pro ipso sicut pro alio bono cive, et vicino.

3. octobris A. 40.

Deliberatio, quod Precones commu.tis Utini habeant per camerarium ad hoc, ut ipsi precones sint magis obligati, et soliciti ad exequendum mandatum Rectorum.

20. Novembris A. 85 et 88.

Ex parte D. Vicarii Patrialis mandetur per Dominicum Nuntium curie, et preconem comunis Utini ad petitionem D. Laurentii Notarii Arpucii tanquam procuratoris D. Decani, Canonicorum, et capituli Civitatis Austrie, et Bartholomeo Trivilducii de Ragonea, quatenus eidem satisfacere, et emendare debeat ad alterum de damno, et extortio, et violentia illatis, auferendo certis Massariis dicti capituli census, et fructus presentis anni, et . . . ad

Zucc.

dictum capitulum pertinentes ex man-
sis sitis in Ragonea.
Alioquin compareat Utini coram ipso D. Vic.º
nam super predictis excusationem facturus

1294 . 3 . Aprilis . A . 40 .

Electus fuit in consilio Daniel officialis, seu
familiaris Do. septem deputatorum ad of-
ficium ... communis Utini. qui iu-
ravit dictum officium fideliter exercere.

1295 . 15 . Novembris . M . 100 .
et a 142

Terminatio in consilio, quod deinceps qui-
libet volens esse vicinus terre Utini teneat
et debeat facere vicinantiam per octo annos
completos sub pena £ 100 remanentibus ni-
hilominus alijs articulis, sub quibus recipian-
tur vicini in suo robore.
Item fuit statutum, quod nullus, qui deinceps
fuerit acceptus in vicinum debeat admitti ad
aliquod officium comm.tis Utini nisi stete-
rit in dicta terra post ipsam acceptationē
vicinantie octo annis, nisi ex gratia spe-
ciali consilij, et comm.tis

23 . Octobris . A . 85 . 88

Mandatum ex parte D. Vicarij Patriarchalis per
Dominicum Nuntium curie, et preconem
communis Utini ad petitionem Laurentij
notarij Arpinacij nomine capituli
civitatis Austrie Bartholomeo Preui-
ducij de Ragonea, quatenus eidem
satisfacere debeat de exfortio commisso,
violenter auferendo certis massarijs
di capituli census, et fictus proximi anni
et preteriti ad ipsum capitulum perti-
nentes ... compareat coram ipso
D. Vicario ad respondendum in iure ...

1396. 3. Martii. — C. 52.

Investitura D. Patr.e Antonii.

In Xlob. D. Doimum de castello pro se, et illis de domo sua.

De eorum feudis antiquis

eo iure feudi, quo d.s Doimus predictus, et alii de domo sua illa a predecessoribus suis habuerunt, per fimbriam sue tunice.

Item alia bona, que dictus d. Doimus dixit habere, dixit esse

Castrum, seu mottam castri Tarcenti superioris.

iure feudi habitantie.

cum garritu, iuribus, et iurisdictionibus ad dictum castrum, et mottam pertinentibus.

De aliis bonis dixit se nondum plenam habere notitiam, sed cum habuerit plenius dabit.

Si de aliis recordabitur dabit in notam.

Ex notis q. D. Ioannis q. D. odorici de Sulanis extracta per D. Leonardum Pallonium not.m Utini ex processu pluries supra nominato.

10. Martii. C. 36.

Electio Dni Patr.e in suum Marescalcum generalem.

n°. 6. De egr.o milite Corrado Boiano de Civitate Austrie, cum auctoritate audiendi, et terminandi causas quascumque criminales cuiuscumq; conditionis cum dependentibus omnibus et connexis. Malefactores quoq; puniendi, seu crimina, sive homicidia, aut violentias committentes in stratis publicis, vel alibi infra dominia Patriarchatus, et districtus, et cum plenaria auctoritate, prout ibi.

Abbatia di Moza

1396. 15. Martii. C. 31.

Investitura Abbatis Monasterii S.ti Galli de Mozio per gladium, et vexillum cum pleno iure, plenoq; dominio, cum garrito, et omnimoda iurisdictione temporali, atq; Regalia, nec non cum mero, et mixto imperio in canalibus vz Mozii, Resie, et Cluse, atque eorum locis, pertinentiis, et con-

confinibus, prout in privilegiis continetur et ut predecessores sui recognoverant in rectum et nobile feudum.

17. Martij. Q. 33.

Electio D. Patriarche in suum Marescalcum generalem De Ioanne Thomasio.
Cum auctoritate plenaria de qua in antedicta electione, et in eadem forma.

1397. 4. Maij. M. 88.

Sententia consilij, qua, ex eo quod Missius proruperat in hec verba contra homines de cons°. communitatis Utini Vz qui sunt falsi, et falsa, et inique agunt, punitur ut infra Vz.
Q dictus Missius in perpetuum sit bannitus de terra Utini, et totius districtus capitaneatus sub poena capitis, et si reperiatur infra confinia, et sit captus decapitari debeat sine aliqua alia sententia.

Dicta die. M. 88.

Relatio preconis, quod in executionem supradicte sententie per cridam in bannum perpetuo proclamavit super platea communis Utini Missium filium Francisci Missii sub pena capitis de terra Utini, et eius districtu.

1398. 10. Maij. M. 141.

Deliberatio consilij Utini super parte facta per D. Franciscum de Strolavacca Deputatum ad negotia pupillorum parte D. Michaelis de Rabatta, quod communitas haec consentiat, quod possit reedificare castrum Paganum.

& possit reedificari facere attenta bona voluntate, quam dictus D. Michael gerit adversus hanc communitatem, et stante, quod dicta comm.tas male sibi prohibere posset, si licentiam obtineret à D. Patriarcha.

1398. 4. octobris M. 175.

Declaratio consilij Utini super auctoritate DD. Deputatorum Utini, quod ipsi habeant illam plenam auctoritatem, quam habuerunt alij 12 illam, quam habet totum consilium ordinandi, et deliberandi omnia, quae eis videbuntur.

1399. 12. Aprilis C. 95.

Electio in consilio Utini duorum mittendorum de mandato D. Patriae ad videndum fieri salium monetae Aquileiensis noviter factae, et ad videndum fieri omnia, et singula, et ad faciendum necessaria circa predicta.

Electi Ser Ambrosius m.ri Lazari, et
M.r Iacobus de Montegnaio

Electi ad consulendum super moneta nova cudenda

Ioannuttus ser Boni
M.r Dominicus aurifex de Brunaciis
M.r Iacobus aurifex de Montegnaio.

1400. 10. Nobris. M. 89.

Sententia in cons.o Utini super manifesto furto contra quendam homicidam, qui confessus fuit

& homicida sclavus in Sigliana decapitetur virtute confessionis factae.

1402

1402. 26. Januarii. A. 97. vel 8. 6.

Ex parte D. Corradi Marescalchi Patriarchę mandetur Q Arquino de varmo inferiori. quatenus personaliter compareat coram dicto Marescalcho sive eius Vicemarescalcho ad faciendum eius excusationem de enormi delicto per eum commisso capiendo, et captos retinendo eius propria auctē Simonem 2c

Et per hunc modum privatum carcerem committendo, et alia plura faciendo in maximū dedecus D. Patrę, et contra consuetudines Patrię fori Julii, et gravem iacturam ipsorum Simonis 2c.

Alioquin ipso non comparente procedetur contra eum tanquam personam, quę privatum carcerem commisit 2c.

17. Februarii B. 12.

Creatio Marescalchi cum auctoritate audiendi, et dicendi quascunque causas cuiuscunque conditionis existant. malefactores quoque, seu crimina, et excessus, seu homicidia, et violentias quaslibet committentes in stratis publicis, vel alibi in Patriarchatus dominia, et districtus, citandi, capiendi, puniendi, corrigendi, affidandi, condemnandi, absolvendi.

16. Septembris Q. 51.

Investitura Q Jacobi Justi q. Simonis de Prampergo nomine suo, et descendentibus de bonis feudalibus, quę ipse, et illi de domo sua recognoverunt, et possiderunt eo iure feudi, quo habuerunt ab antiquo. 2c

Castro de Prampergo cum omnibus bonis, quę habent circa Prampergum in villa Arcenęę.

De castro de Raiuestain cum bonis omnibus, garritis, iuribus, et iurisdictionibus in Montenario circa ipsum castrum; et Ponteaticum sive ius Ponteatii in strata clusę cum bogarito, Galaito, iuribus, et iurisdictionibus omnibus villę, et stratę clusę, et bonis omnibus. quę habent in villa de Cassizza. salvis temporaliis bonis feudalibus si quę reperirentur eos tenere.

Ex notis q. D. Joannis de Susannis extractis per Leonardum Fabricium not.^m Utini ex processu superius nominato.

1402. 28. Septembris — Q. 77.

Emptio D. Federici q. D. Arrici de Pinilijs pretio duc. 95.

A D. Nicolao q. D. Federici de Sauorgnano de dominio, et garritu, seu iurisdictione villę Cortinę de Riuolto cum omnibus suis iuribus pertinentiis, ac iurisdictionibus spectantibus ad dictas Cortinam, et Villam de Riuolto

Ex notis q. D. Antonij Matthiussij notarij Vtinensis penes D. Iulium Regium notarium Vtini.

Penult. Septembris — Q. 104.

Deliberatio Datij salis incantati per communitatem Vtini magro Gabrieli aurifici tanquam plus offerenti pro uno anno integro.

Pro marchis 22½.

Quę deliberatio fuit facta per preconem communis Vtini uigore mandati sibi facti per omnes Astantes super hoc plenam auctoritatem habentes.

1403. 25. Februarij — D. 112.

Sententia in consilio Vtini contra Nic. Haythen Leteratum, qui fassus est habuisse coitum cum filia sua, et dum uellet poni ad torturam ostendit uulnus in pectore, qui dixit se uulnerasse cum cultello existente in paleis, super quibus dormiebat, dum ipse erat in somno, tamen re uera ipsemet se dormiebat.

Et similiter filia fassa est habuisse concubitum patrem suum cum ea uiolenter.

Q ipse Nicolaus indui debeat in quadam pelle

pelle asinina, et conducatur super asino usque ad locum deputatum ad comburendum, et ibidem totaliter comburatur.

Item contra Mattheum notarium super eo, quod filia dicti Nicolai asserit ipsum Mattheum habuisse violenter secum concubitum de mense Iulii.

Que retractavit dicendo, dictum Mattheum nunquam habuisse secum concubitum, neque violenter, neque voluntariè, sed tanquam informatam hoc dixisse, adeo quod cum ipse sit innocens de hoc procedi debet contra ipsum, vigore sacramenti pridie per eum falsò facti, dicendo se habuisse cum ipsa iuvene concubitum.

Quare proclametur dictus Mattheus ad scalas communis Utini pro falsario ad hoc, ne amplius adhibeatur fides eius scripturis, et maxime quia toto suo posse laboravit in excusando dictum Nicolaum de tam enormi delicto etc.

1403. 12. Augusti. C. 69.

Emptio d. Francisci q. d. Candidi de Brazzacco superiori a d. Francisco q. d. Tuoderi de Faganea precio marcharum 50. denariorum monetę Aquileiensis

De tota sua parte castellarii cum dominiis, et iurisdictionibus dictę suę partis sitę in castro Brazzachi superiori

Et de omnibus suis bonis ibi descriptis

Cum obligatione solvendi in perpetuum singulis annis ecclesię S.ti Leonardi de Brazzacco duas libras olei super dictis bonis. Ut

Proprium iure proprii, feudum iure feudi, ac etiam iure legati perpetualis

De notis q. d. Nic. q. d. Philippi de Faganea not. extract. per d. Leonardum Fullonium etc. procestu superius nominato.

1404. 2. Aprilis. M. 89.

Sententia in cons.° Utini super manifesto transmisso communitati Utini per capitaneum, et communitatem S.ti Viti de duobus falsificatoribus monete Domini D. Patrie detentis per ipsum capitaneum, et communitatem; quorum unus perpetratus erat delictum, alius erat conscius.

Quod comburantur, sed exequi non debeat, nisi redierint prius oratores ad D. Patriarcham quibus est commissum, ut petant a D. Patriarcha quod pro honore suo, ex quo dicta eius moneta in Utino construitur, velit, quod dicti falsificatores comburantur in Utino, et non alibi attento etiam, quod terra Utini est de melioribus membris Patrie.

1404. 15. Aprilis. B. 125.

Parlamentum, quo fuit deliberatum, ut homines conducantur ad loca alias determinata ad iudicium, quia alias diffinitum fuit quod in Aquileia, in Utino, in civitate Austrie, et in Glemona Marescalcus conducat homines ad iudicium ubi est contra bonorum virorum

14. Nobris. A. 28.

Propositum fuit in consilio Utini, ut poneretur custodia super castro nostro causa providendi, si ignis per terram exiret, et quod admonerentur Decanie Utini, et bonam facerent custodiam, et mandarent fieri per burgia, ne ignis aliqualiter exiret

Deliberatum fuit iuxta proposita.

1407.

1407. 7. iunij. Mantuę. C. 84.

Literę Ioannis Francisci de Gonzaga Mantuę
Sp. bus amicis car.mis D. Nicolao Deputatis, ac
consulibus, et communitati ciuitatis Utini
procurent, ut D. Flordelisia uxor q. D. Marini
de Finettis satisfiat de ducatis 50. sibi debitis
à Corrado Ayda cive Utini, ex quo ei mutuauit
dictos ducatos predictus Marinus eius maritus
offerens se ad similia, et maiora

1408. 4. Augusti. M. 119.

Patria Aquileiensis conquestus est cum Rdis
D. Philippo de capellinis, et Francisco de Sbro-
tauacca in spiritualibus, et temporalibus vi-
carijs suis ex eo, quod recusassent iudicialiter
sedere, et iustitiam ministrare pretextu lite-
rarum Apostolicarum priuantium ipsum D.
Patriarcham de Patriarchatu, ex quo ipsi nul-
lam habebant notitiam, nisi ex auditu, et quod
iam mensis elapsus erat. ideo quod deberent
sedere, et ius dicere in locis solitis, stantibus
pluribus rationibus.

1° quia ipsos constituerat suos vicarios, neque
illos reuocauerat.

2°. quia dictę literę non fuerunt publicatę
in terra Utini, ubi ipsi moram trahunt,
nec prope à decem miliaribus.
quę terra Utinensis est principalis terra
Patrię

3° quia dato etc.

vide

Precipiendo quod ipsi exire non debeant
extra Utinum per spatium unius mili-
aris

Supradicti vicarij se appellarunt à supradictis
preceptis.

Qui ducti propter hoc ad carceres renuntiarunt supradictę appellationi

1409. 14. februarij. C. 85.
In castro Heindelberch

Litere Ruperti Regis Romanorum venerabilibus viris consulibus, et communi Utinensi amicis etc.

Quod illis mittit venerabiles Joannem Archiepiscopum Maguntinum (?) Mattheum Wormacensem, Ulricum Vergensem episcopos, Principes, et Joannem De Winsheim Prothonotarium, oratores bene informatos de eius intentione.

Ideo illos hortatur, ut dictis oratoribus, et cuilibet eorum consilijs, et auxilijs opportunis assistant, eosq; in singulis dirigant, et illis plenam adhibeant fidem circa exponenda per eos.

1410. 23. octobris C. 44

Venditio communitatis Glemonę ser Bertoldo olim Nob. viri ser Balardini de Pers

EE De castro de Pers, cum omnibus villis, garritis, Dominijs, iuribus, et iurisdictionibus.

Quod castrum alias dicta communitas emit à DD. Jacobo olim ser Roberti de Aviano, et D. Zuliano de Grassonibus

Ex notis D. Henrici Pampulini de Glemona extracta per D. Leonardum Agricolam ex quodam processu format. inter D. Bertoldum de Perso, et Rodoricum etiam de Perso.

Eodem die C. 46.

Vicinia terrę Glemonę cum iuramento accepta per D. Bertoldum de Pers, et successores suos à Massario dictę terrę stipulante nomine communitatis dictę terrę. Qui D. Bertoldus se obligavit omnia facere, quę ipse videbit cedere ad Statum, et honorem dictę terrę, ac in eius utilitatem, ut verus, bonus, et fidelis civis, ac vicinus facere debet. Item iuravit, quòd ipse de presenti non vendet, vel in futurum, nec etiam alienabit dictum

tum

tum castrum de Pers alicui, nisi primo offerat communitati Glemone, et dare eidem minori precio, quam alteri persone pro ducatis auri 100. etiam si dicta comm^tas nollet emere, vendere tunc eidem liceat cui volet.

Item iuravit nunquam acceptare aliquem in suum consilium in dicto castro de Pers, sine consensu, et voluntate dicte comm^tis

Item iuravit retinere dictum castrum apertum dicte communitati Glemone, et aliis quibuscunque, quos dicta communitas illuc miserit, seu commiserit, et acceptare quaslibet gentes, quas dicta communitas illuc miserit tam pacis tempore, quam belli.

Item iuravit semper adherere opinioni dicte comm^tis et tenere illam partem, quam dicta communitas capiet.

È contra dicta communitas promisit illum, et eius heredes tueri, et defendere tanquam bonum, et verum civem dicte terre contra quascunque personas, et dare ei auxilium, et subsidium tam tempore pacis, quam belli, et si opus fuerit ibidem tenere stipendiatos pro defensione eiusdem.

Ex notis D. Panthaleonis not^ii Glemone extractum per D. Io^m. Mariam Platheu not^m Utini ex quodam processu inter D. equitem Antonium de Perso, et DD. consortes Caporiaci

---

1412. 14. Aprilis — M. 176.

Deliberatio D. X. Deputator. Utini.

Q. nullus civis, vel forensis cuiuscunque preeminentie sit preponatur ipsis Deputatis, donec duraverit eorum officium, exceptis D. Capitaneo, et Ambasciatoribus, et quod ipsi DD. Deputati in aliquibus dicendis, vel faciendis nullum debeant sumere advocatum.

1414. 15. Aprilis — B. 125.

Parlamentum, quo fuit deliberatum, ut homines conducantur ad loca alias determinata ad iudicium, quia alias diffinitum fuit, q. in Aquileia in Utino civitate Austrie, et Glemona Marescalus conducat homines ad iudicium, ubi est copia bonorum virorum.

1415. 7. Iunij. M. 102. et Q. 143

Deliberatio super propositis, quod multi se fecerunt uicinos, et ciues terrę Utini, et tamen non habent in dicta terra prout faciunt alij ciues, nec faciunt eorum factiones, neque custodias, prout tenentur.

Mittatur pro omnibus illis, qui se ciues fecerunt, et non morantur in terra, nec faciunt eorum factiones, et illis fiat mandatum, quod faciant, seu fieri faciant custodias, et soluant eorum coltas, et impresantias, prout alij faciunt sub pena ciuilitatis.

1415. 20. Iunij Q. 39.

Vicinantia Iacobi Iasti de Trampergo qui iurauit.

1416. 7. Decembris M. 90

Sententia in consilio Utini super propositis per D. Marescalcum D. nri Patriarchę de facto Dominici Pithon, ac Martini Ioannis Stoa detentorum in fortia ipsius Dni Marescalchi, et etiam Matthei fratris dicti Ioh. qui percusserunt, et uulneraverunt certos familiares prefati Dni Marescalchi, audito manifesto, et confessione dicti Dnici.

Quod dictus Dominicus debeat ulterius examinari cum tortura, et sine tortura, ut inquiratur ueritas de iudicijs existentibus in dicta confessione

Item considerata innocentia Martini Ioannis, et Matthej, qui nullam excessum reperiuntur commisisse, quod libere relaxari debeant.

15. Decembris. M. 90.

Deliberatio consilij Utini super propositis per Marescalcum, qualiter habet certos Malefactores, de quibus uult facere iustitiam et non potest, quia furcę non sunt factę, et quod pro hoc instat prouideri, quod fiant dictę furcę, cui fit responsum, quod ad similia

milia facienda sunt personę deputatę, quę tenent bona ministerialia curię Patriarchalis pro faciendo furcas, et considerato, quòd pro furcis non debet deficere iustitia.

Terminatum fuit, quòd camerarius comm[unita]tis pronunc faciat dictas furcas expensis illorum qui reperiuntur habere bona ministerialia ad huiusmodi ędificia.

1417. 8. Januarij. M. 90. t°.

Deliberatio in consilio super propositis per Marescalcum antedictum, quòd reperit furta per supradictum Laurentium commissa esse vera, ex quo misit ad inquirendum de illis, qui instruit [illegible]

Terminatum est, quòd considerata confessione ipsius Laurentij, et veritate reperta de furtis commissis, suspendi debeat per collum dictus Laurentius ita, quòd moriatur.

15. Januarij. M. 91.

Deliberatiò consilij super instantia predicti Marescalchi super facto Joannis [illegible] de [illegible] detenti in fortia ipsius Marescalchi, et examinati per ipsum, ac DD. cap[itane]m et iudices terrę Utini, qui Marescalchus fecit quòd manifestum, et confessio dicti Joannis audiatur, et postea per consilium deliberet quia ipse faciet secundum terminationem consilij. unde his auditis com[munita]s deliberavit.

Q[uod] dictus Joannes [illegible] debeat usque ad furcas S[anc]tę Catherinę, et ibidem super ipsis suspendi ita, et taliter, quòd moriatur.

1417. 22 Ianuarij M. 92.

Sententia consilij Utini super facto Gnesę detentę in fortijs D. capitanei, et iudicum terrę Utini occasione ignis die Saterno circa horam tertiam noctis impositi per ipsam in domo Iacobi Ioannucci de Traclusio ex inventione cuius ignis combustę sunt multę domus in ipso burgo. audita confessione dictę Gnesę

Q. Gnesa sclava comburatur in loco solito iustitię ita, et taliter, quod moriatur.

28. Maij M. 91

Deliberatio consilij Utini super propositis per Marescalchum D. Locumtenentem quod audiatur manifestum Dominici Tantalini detenti in eius fortia, et examinati per ipsum, et iudices terrę Utini super furtis commissis per dictum Dominicum. et ipso manifesto audito, ubi consulatur

Quod dictus Dominicus ad furcas suspendatur ita, et taliter quod moriatur.

4. Iunij. M. 128.

Sententia consilij Utini super facto Nicolai filij Pelliparij filij Bartholomei Curtoni, Iacobi del Sfacio, et Andreę quond. magri Petri Medici et Melchioris examinatorum per Deputatos per regimen dictę terrę Utini, et capitaneum et iudices terrę Utini super tractatu, machinatione, et proditione perpetrata per eos contra ecclesiam Aquilegen. et contra statum, et libertatem terrę Utini ad instantiam Tristani de Savorgnano volentis iterato ipsum Tristandum introducere in terram Utini.

Q. Nicolaus Curtoni, et Iacobus del Sfacei suspendantur super platea communis Utini, et quod eorum bona confiscentur iuxta formam decreti.

Item terminatum fuit. quod licet iuridice dicta bona sint devoluta commun. tamen ex gratia speciali remittantur, et largiantur filijs, et descendentibus illorum

Item

Item, quod Andreas Medici, et Melchior fabri qui mediantibus aliquibus artibus magicis, vel virtute aliquorum verborum non potuemus dicere veritatem; quia dictus Andreas semper facit se mortuum, et non sentit tormentum, et dictus Melchior nihil vult confiteri.

℣ Ipsi de novo examinentur cum tortura, et alijs remedijs possibilibus ita, ut veritas habeat(ur).

p.º Julij. M: 93.

Sententia in consilio Utini super facto predictorum Andreæ Medici, et Melchioris fabri, qui propter certas incantationes magicas eis factas et alias dispositiones diabolicas non voluerunt, nec possunt confiteri ultra ea, que p.º dixerunt, licet multa alia, et ornamina reperta sint de eis. Nam dictus Andreas erat sicut unum corpus mortuum, et nichil respondit ad interrogata, nec sentit aliquod tormentum et Melchior faber nil aliud vult fateri.

℣ Andreas supradictus suspendatur ad collum, ad furcas super platea, et sine confiscatione communicati bona sua

Que bona postea relaxentur filijs eius cum hoc tamen, quod filij sui morari debeant in terra Utini, et non alio in loco, et esse debeant boni, et fideles cives.

ea die M: 93.

Item determinatum fuit super facto Melchioris fabri, et consideratis malegestis, et infidelitate sua, quod confinari debeat, et confinatus erit infra flumina fellæ, et [illegible] ad beneplacitum communitatis Utini, et non debeat exire ex illis confinibus sub pena duc. 200 totiens quotiens.

1418. 20. Iulij. Q. 104.

Deliberatio Datij salis incantatur per communitatem Utini ad precona dicte comm. pro anno prox. fut.

& Jacobo de Cavalcanitibus tanquam plus offerenti pro marchis 80 et sol. 40.

4. Aug. V. II.

Relatio in cons.o Utini quod plani et nobiles patria volebant quod ponerent impositiones in terris quibuslibet civibus secundum facultates suas

Deliberatum fuit quod patria plani et nobiles solverent medietatem et communitas aliam, ulterius quod deputati quatuor super impositionibus patriae quod haberent authoritatem per ... omnia

Communitas Utini noluit assentire nisi cum conditione quod ipsa communitas seu aliqui de regimine suo scirent id quod inter eos tractaretur.

Deliberatum fuit quod cons.m non debere assentiri quod patria plani et nobiles haberent aliquam authoritatem imponendi collectas in terra Utini alicui civi.

Item quod instari debet taliter ut velit ipsos manutenere in antiquis iuribus et consuetudinibus

Item fuit data authoritas deputatis ad considerandum super facto dictorum quatuor deputatorum non assentiri debere quod deputentur

1419. 19. Aprilis. M. 94

Sententia consilij Utini: & Franciscus Machandatis propter nonnulla verba prolata contra statum terre Utini confinetur extra terram Utini, et eius districtum, ita tamen, quod possit ire, stare, et morari in omnibus terris, et locis Patrie excepto quod in campo, terris, et locis inimicorum dicte terre, in quibus nullo modo ire audeat sub pena furcharum.

25. Maij. Purcilijs C. 17

Litere Federici, Gabrielis, et Prosdocimi comitum Purliliarum servorum fidelium & dominis decem Deputatis, consilio, et communi Utini maioribus &c.

& in die Ascensionis emuli sui venerunt Purcilias, ipsisque damna intulerunt incidendo vites, et secando segetes, et comburendo totam villam Purciliarum, et continuo cum ipsis scaramuzando ab aurora usque ad nonam, ex quibus nonnulli dixerunt illos esse redituros cum campo, unde ipsi de Purcilijs fugerunt

Ideo rogant ipsos Utinenses, ut illos tanquam filios suos velint habere recommissos, et dare eis causam permanendi in perfecta eorum constantia, et fidelitate, qua semper fuerunt

Item exponunt, quod planies petierunt subsidium lacte, et illud non habuerunt. Unde videntes subditi ab omnibus esse desolatos, aliqui fugerunt Venetias, aliqui Tarvisium, aliqui Portumnaonem &c.

1419. 29 iunij B. 115.

Deditio huius civitatis Utini ser.mo D.nio
Venetiarum.
In qua datia nobis libere dimittuntur.

1419. 5. Julij. M. 95. et C. 19.

Sententia in consilio Utini in casu olive
uxoris Blanchi, et Iacobi quon. Presbiteri Do-
mini volentium venenare, et occidere dic-
tum Blanchum.
Quod attentis confessionibus ipsorum, et exces-
sibus in ipsis contentis; ipsi coronari deb-
eant cum duabus coronis depictis cum figuris
Demonum, ac poni super uno asino, et duci
per loca solita terre, et deinde duci debeant
ad locum iustitie, et ibidem comburi.

12. septembris M. 96.

Sententia in consilio in casu Thome de Ron-
chonis super proditione per eum nefarie p-
petrata contra honorem, statum, et libertatē
comm.tis
Quod ipse Thomas debeat dememb rari, seu ex-
quartari in quatuor quartis tanquam re-
bellis, et proditor dicte terre, et quarte sus-
pendi debeant ad portam s.ti Gotardi.
Item quod omnia bona dicti Thome confiscari
debeant, et devolvi dicte comm.ti.
Ulterius fuit deliberatum, quod fiant publice
proclamationes, quod si quis haberet aliquem
ex predictis proditoribus in domo sua, vel sci-
ret alium habere, et occultare, statim propalare
debeat sub pena vite.

Sententia alia super facto cuiusdam fami-

liaris de civitate Astoriȩ, qui captus fu[it] in bello, quando gentes inimicorum fugate fuerunt extra terram:

Quod attento quod dicti inimici nocturno tem[pore] furtive, et proditorie intraverunt ad ruinam terrȩ, dictus familiaris laqueo su[s]pendi debeat penes portam S.ti Gotardi, qua intraverunt ad tierulos murorum.

1459 15. Septembris . M. 124.

Deliberatio consilij, quod infrascripti proditores, et rebelles publice proclamentur ad faciendum eorum excusationem infra xv dies, quibus elapsis, et ipsis non comparentibus, procedetur contra ipsos. Ita, quod ponere in perpetuo banno a dicta terra sub pena vitȩ, et confiscationis omnium bonorum suorum, secundum decreta.

Stephanus [illegible]

20. Septembris . M. 125.

Sententia consilij Astensis super facto Zannacii cerdonis detenti propter proditoriam, et furtivam introductionem inimicorum, quam presciuit, et non propallavit.

Quod ipse Zannacius debeat per collum suspendi ad portam extrinsecam sancti Gotardi ibidem permansurus per unam diem, et noctem et quod omnia eius bona confiscentur, et devolvantur comm.ti et eius fisco.

1420. 5. Iunij ... Q. 28.

Ducales, quod Dominium Venetum acceptavit Cons.tes de Maniaco ad gratiam suam, et in loco fidelium suorum, intendens illos prosequi suis favoribus, sicut Gubernator exercitus ipsius Dominij eosdem acceptaverat ad gratiam, fidelitatem, et obedientiam Dnij.

Remanentibus ipsis in possessione, et Dnio Maniaci, sicut fuerunt retroactis temporibus.

Cum hoc, quod ipsi circa recognitionem erga Dominium teneantur illud facere, quod tenebantur tempore Patriarum ~

15. Iulij. M. 132.

Privilegia, et confirmationes statutorum terre Venzoni, quod ipsi de Venzono se regant sub Dominio cum modis, et conditionibus, cum quibus fecerunt per elapsum.

Cum hoc tamen, quod omnia, que spectabant D. Patrie, devenire debeant in ser.mum Dominium cum modis, et conditionibus omnibus, cum quibus illum, et illa habebat D. Patria.

Statutum Venzoni.

Quod homines de Venzono, et incole, et habitatores terre coram Dno capitaneo Venzoni, seu eius Vicegerenti cum iuratis suis in iuditio, aut consilio dicte terre, prout res postulaverit, duci debeant per laudum, et sententiam in Venzono cum quibuscunque hominibus, et personis in causis quibuscunque tam civilibus, quàm criminalibus, et omne iudicium cuiuscunque conditionis extitat, ibidem fieri debeat, et compleri in bonis pariter, et personis.

Item quod homines de Venzono ~

1420. 28. Septembris. A. 48.

Relatio Titiani preconis communis Brix. se pro parte comm.tis Brixi portasse unã literam ad villam [illegible] cãusa presentan di illam Antonio de Canaleanis [illegible] qui illam noluit acceptare. Unde fuit ad domum habitationis ipsius, et volebat illam dare uxori, et ipsa similiter noluit illam accipere, et sic postea illam affixit super hostio dictę domus.

1421. 8. Ianuarij M. 133.

Mandatum de exforcio D. Loc.tis ad instantiam [illegible] Simonis de Maninis de Brixia Iacobo [illegible] de Bertono, quat.s cum dicto Simone esse debeat in concordio, alioquin Brix. compareat coram ipso D. Locumt.te ad faciendum suam excusationem.

13. Maij. M. 204

In consilio [illegible] Federicus de Fontebono assumptus fuit in vicinum terrę Brixi [illegible] continentiam capitulorum.
Cum promissione per eum facta de habitando toto tempore vitę suę.

XI. Iulij. M. 134

Sententia D. Loc.tis inter [illegible] Simonem de Maninis ex una, et Iacobum [illegible] de Bertono qua declarat dictum Iacobum teneri et obligatum esse ad petita per D. Simonem, cum damnis

25. septembris . A. 28. 7°.

Deliberatum in cons.° Urbini, quod fiat ratio custodum turris castri, et eis, quod restat, solvatur.

6. octobris . A. 28. 7°.

Deliberatio consilii, et per camerarium satisfiat custodibus castri id, quod eis remanet de eorum salario.

17. octobris . A. 28. 17°.

Deliberatio in convocatione D.norum septem, et decem deputatorum, quod ponantur custodes super castro Urbini de die, et nocte ad expensas comm.tis

1422. penult.° sept. C. 104. 7°

Deliberatio datii salis incantati per precones comm.tis Urbini pro ipsa comm.te de mand.to D.norum capitanei, et deputatorum ad regimen, necnon camerarii, et procuratorum com.is Urbini

Raineroto de Raineroctis tanquam plus offerenti pro uno anno grossorum [illegible] pro marchis 91. solvend. in totus terminis.

1423. 5. Martij. B. i.

Ducales qualiter infrascriptę sunt responsiones datæ in consilio Rogatorum 1419. 29. Julij capitulis præsentatis per oratores communitatis Utini, quando iuraverunt fidelitatem, et obedientiam dominio ipsius comm.tis

Quòd Dñium intendit habere dictam communitatem, et homines illius tanquam bonos, et fideles servitores suos

Item deliberavit mittere unum Locumt.m qui repræsentet Dom. et custodiat civitatem

Item quod ipsa comm.tas habeat se gubernare secundum statuta, ordines, et consuetudines suas et facere, et eligere suos deputatos, et officiales, prout consueverunt facere per elapsum. et quòd fiat ius in civilibus secundum mores suos.

Et quod Locumt.s deputare debeat unum capitaneum in Utino, qui administret ius in civilibus, sicut faciebat tempore Patriarchę, et appellationes ipsius capit.i vadant ad Locumt.m In criminalibus vero quod libertas, et auctoritas, et arbitrium remaneat Locumt.i soli, ut fiat debita iustitia, et equalitas omnibus.
Si modo ipse Locumt.s aliquid faceret, vel sententiaret, super aliquibus existentibus de iurisdictione sua ubi esset iudicium de vita, vel de membris et aliquis vellet se appellare, q. isti tales possint se appellare ad Dom. sive Audit. no. sen. quibus sunt commissa.

Item quòd dicta communitas exigat, et exigi faciat, secundum quod dederunt in scriptis provisori Datia, et introitus, et de eis faciat expensas suas. et de dictis datijs, et introitibus, prout antea fecit, ita tamen, quod de dictis introitibus fiant etiam solutiones, et restitutiones, ut infra.

Item, q. appellationes spectent Locumt.i sicut spectabant Patriarchę.

Et ut dicta communitas videat, quod dictum Dom. non vult nisi sacramenta, et corde, et quod est certissimum, quod fidem observabunt, placet ipsi dominio, quòd omnes obsides, quos Venetias conduxerunt, sint in libertate, et revertantur Utinum, quare considerata fidelitate dictę communitatis obsides ipsi ita sunt cari dominio Utini, quam alibi, quia ipsi, et sui erunt fideliss. servitores dominij.

Item quia Datia fuerunt affictata per communitatem per quatuor annos pro pretio

satis

satis levi cum ipsius damno quibusdam, qui exbursarunt pecunias suas, sed tamen non debebant incipere gaudere dictis datijs, nisi ad festum S.ti Michaelis post. quam venditionem dominium habet non esse hoc modo relinquendam. Ideo respondetur quod talis satisfactio seu venditio sit inhonesta, et damnosa dictae communitati, quod tenere non debeat, et Ideo pro commodo comm.tis contentat, quod revocetur, et datia remaneant comm.ti quae habeat illa affictare iuxta consuetudinem. et ne illi, qui emerant dicta datia perdant pecunias vult, quod de proventibus, qui exigentur ex datijs fiat eis solutio in tribus annis pro rata.

Circa factum possessionum, et bonorum D. Tristani, ac fratris, et exititiorum, quia Dominium est informatum, quod nonnullae ex illis possessionibus sunt in manibus aliquorum, qui nihil solverunt, et nonnullae in manibus aliquorum, qui aliquid, sed non multum solverunt, et habuerunt utilitates excedentes precium. dicatur oratoribus, intentionem D.ni esse, quod omnia bona, et possessiones huiusmodi libere, et statim restituantur D. Tristano fratri, et alijs exititijs.

Et quia sunt aliae possessiones, et bona in manibus aliquorum, qui solverunt suas pecunias, et nihil, vel modicum utilitatis habuerunt, et non est conveniens, quod isti amittant pecunias suas.

Respondetur oratoribus, Intentionem Dominij esse, quod istae possessiones, et bona libere, et de presenti restituantur illis, quorum erant.

Sed quia esset inconveniens, ut illi perderent pecunias suas, vult, quod de proventibus comm.tis brixi restituatur illis annis tribus verum precium exbursatum vz. singulo anno pro tertia parte.

Item quia Patriarcha alienavit etiam nonnulla castra, quae erant D.ni Tristani, et fratris cum pertinentijs, et iurisdictionibus suis aliquibus, qui dederunt pecunias suas, ac propter bellum nullam, vel minimam utilitatem habuerunt.

Dicatur oratoribus intentionem Dominij esse, quod etiam dicta castra cum pertinentijs et iurisdictionibus suis restituantur D. Tristano, et fratri sicuti p.s habebant.

Et ut illi non amittant pecunias suas vult per viam concordij, vel aliter providere circa restitutionem fiendam per D. Tristanum de vero precio exbursato per eos per illos modos, terminos, et quantitates, quae D.no

videbuntur. et ultra solutionem fiendā tam illis, qui emerunt Datia supradicta quam illis, qui emerunt castra, possessiones, et bona perdita, quibus fieri debet restitutio

Reliqua omnia Datia, et Introitus dictę comm.tis sicut dederunt in notam Provison. libera remaneant dictę comm.ti pro expensis occurrentibus secundum consuetudines suas.

1424. ult.° Julij. Q. 79.

Possessus datus Nob. viro q. Nicolao quo. egregij militis D. Federici de sauognano emptori Dnij, Garritus, et iurisdictionis villę, et Cortinę de Rivolta de ipsis Dnio, garritu, et iurisdictione

16. Augusti. A. 97. t.°

Ex parte D. Locumtenentis mandetur per quemlibet iuratum nuntium ad Instantiam Dnę. Perinę quon. q. Nicolussij Oculacqua tanquam tutricis Bernardi filij Linij quon. Petri de villa Varmi quat. cum eadem dictus Lin. sit in concordio, eiq. satisfacere de damnis, et violentia illatis, intrando super sedimine dicti pupilli sito in dicta villa Varmi, faciendo pignorari eius massarium etc.

Alioquin Utini legitime compareat coram dicto Loc.te suam excusationem facturus.

Statuta Utini.

1425. 12 iulij. A. 99.

De venditionibus pignorum adiunctum

1420 · penult.ª septembris Q. 104. t°.

Deliberatio Datij salis de mand.° Dni Capitanei, Regiminis, camerarii, et procuratorum communis Urini incantati per preconem comm.tis predicti

Rainerocto tanquam plus offerenti, pretio marcarum ... pro uno anno integro.

28. Nobris . A. 29. t°.

Deliberatio in convocatione, quod ad evitandum expensas detineantur custodes castri Urini de nocte tantum, et quod detur unicuique ipsorum una marcha solidorum tantum.

1427 26. mar Lib.° magno

[illegible] ad [illegible] communis Urini [illegible] Zoung.' et Audiis novum [illegible] committere debeat consilio sapientis [illegible] suspectis [illegible] ac futuras et [illegible] principales [illegible] ad regimine [illegible] ambobus [illegible] ad sententiam cuiuslibet ipsorum [illegible] regiminis [illegible] succumbente. Q. 39. t°

1430 · 20 · Maij M. 104.

In consilio fuit assumptus procinctus terre Urini & Gaspare & Corradi de Cergneo cum modis supradictorum capitulorum, pro quo fideiussit [illegible]

Dicta · M. 204.

In cons.° assumpti fuerunt in cives dicte terre & Hector, et Petrus fratres quon. Petri de [illegible] iuxta seriem antedictorum capitulorum, pro quibus fideiussit Nob. & Franc. d. Stelle.

1430. V. 10

Tenor captor. productor.

Addendo exceptionib. aliis productis p parte d. stella et Antonie [illegible] aliis [illegible] productas p parte d. federici et odorici fratr. de castello [illegible] et opponimur [illegible]

It.ē [illegible] libro censualis bonor. [illegible] et feudor. Eccle Aglis qui vulgariter appellatur thesaurus Ecclie Aglis

Itē [illegible] libro ordinate sunt descripta bona [illegible] et privilegia et [illegible] feuda Eccle Aglis et qui sunt qui recognoscunt feuda ab ipsa Eccla

Itē [illegible] d. libro adhibetur fides [illegible] censuali publico et [illegible] scriptore [illegible] et d. hoc ē publica vox et fama in [illegible] f. 2.

Itē [illegible] d. thesaurus fuit [illegible] p q. d. odorico [illegible] p [illegible] parte et p 3.ª parte fuit [illegible] 10.m [illegible] d. odorici

Itē [illegible] hoc ē [illegible]

Extracta fuerunt [illegible] capta p d. Leonardu [illegible] not.° [illegible] formam [illegible] Rafaelli d. Torelli capto 4. mar. 1431 [illegible] federici et odorici d. castello et d. [illegible] et Antonii filias q. d. Arrici d. castello.

1431. 5. Januarij. B. 20.

Ducales Loc.ti in causa vertente inter Iacobum Philitinum, et D. Maram, et Antoniam, et Ioannem de Strasoldo, Federicum à Turri, Aloisium Ottacini, et Antonium de Percoto Liber bithenses, erat orta difficultas verum dicta lis decidi deberet per locumtenentem an per Gastaldionem ciuitatis Austrie. D. Loc. declarauit, quod de rebus immobilibus, et territorijs ipse Loc. sit iudex, de mobilibus vero ipse Gastaldio. que sententia deducta in appellatione fuit laudata per auditores. Ideo mandetur ipsi locumtenenti quod obseruet dictam declarationem.

Tarcento

1431. 27. Februarij. C. 6.

Incisio [illegible] confirmatione de ... de sententia lata per cl.m D. Locumtenentem ad fauorem Bolici de castello, et contra Stellam et Antoniam filias q. Articus de castello.

Per quam sententiam erat castrum Tarcenti inferioris cum garrito, Borealibus, pratis, syluis et bona de canali supra Tarcentum, et villam Tarcenti, et omnibus bonis, et iuribus possessis per quondam Articum in dictis locis tam in monte, quam in plano, et etiam possessis per alios Nobb. de castello in dictis locis

Tanquam bona feudalia ecclesie Aquileiensis recti, et legalis feudi, in quibus succedunt successerunt, et succedant proximiores masculi feminis penitus exclusis.

Spectare à die obitus quondam Articci de iure ad ipsum quondam Bolicum tanquam proximiori masculum.

Condemnando dictas filias ad relaxationem quarte partis dicti castri cum supradictis bonis.

22. Augusti. Q. 12.

1432. ulto. Iulii. Q. 39. 7°. M. 104.

In consilio Nob. S. Georgius de Meleo assumptus fuit pro cive dictæ terræ sub conditione capitulorum, quæ promisit, et iuravit in omnibus observare sub pœna in eis adiecta.
Pro quo fideiussit S. Nicolaus de Venzono.

8. Augusti. Q. 39. 7°. M. 104.

In cons.° assumptus fuit in civem Nob. S. Phebus de la Turre sub formis capitulorum, quæ iuravit observare sub pœna £ 100.
Pro quo S. Bertolus della Turre se fideiussorem, et principalem solutorem se constituit,

1433. 2. Martii. B. 126.

